predicare qm̄ (Dominus) qui mentiri nō ꝑt (narrauit
in ſcripturis ꝓphetarū) que credite ſūt populo iudeoꝝ
ꝙ xp̄us verus deus erat et verus homo/ hoc etiā narrauit
in ſcripturis (apoſtoloꝝ qui principes) eccleſiaꝝ fuerūt.
Quinto cōmēdat eā propheta a beatitudine ſuꝑna incō-
prehenſibili ad quā ſumēda eſt poſt iudiciū/
O ſyon ſuꝑna. Omnes q̄ in te habitāt iocūdi ſūt et ve-
re letātur) quia gaudiū et leticia inueniētur in te vbi fe-
licitas ꝑfecta et iocūditas conſūmata.

Pſalmus. lxxxvij.

Criſtus ex forma ſerui ad patrē orans ait.

Domine deus auctor (ſalutis mee) id ē im-
munitatis mee a pcc̄o (omni
tēpore clamaui corā te) id eſt attēte et ꝑſeuerāter.
Et quia ita clamaui. Sit accepta cōſpectui tuo oratio
mea) et a te ſit exaudita ꝑ effectū. Opus ē ut me ex-
audias. Quia repleta eſt anima malis) id eſt doloribꝫ
anxietatibꝫ: vnde ipſe dicit triſtis ē anima mea uſqꝫ ad
mortē (et anima mea in inferno appropinquauit) dū tra-
dor ad mortē. Eſtimatus ſū cū deſcendētibꝫ in lacū)
inferni/ putauerūt enī iudei me peccatorē vnū de illis q̄
neceſſario et iuiti deſcendūt in ꝓfundū inferni (eſtima-
tus ſū etiā ab eis ſicut hō̄ ſimpliciter ſine adiutorio) cū
tn̄ (inter mortuos) eſſem (liber) a coactione et liber ab
omi peccato. Eſtimatus etiā ſū ab eis. Sicut alij vul-
nerati dormientes) ſomno mortis (in ſepulchris/ quoꝝ
nō eſt memoria amplius) ut ad bonū reſurgāt (et ipſi) q̄
talē me exiſtimauerūt (repleti ſūt) o deus (a ꝓtectione
tua) qui me ſine adiutorio tuo eſſe putauerūt.
Poſuerunt me) reputatione ſua (in lacu inferiori)
putauerūt enim me dignū qui in talē deberē deſcendere

locū(et in tenebris et vmbra mortis) id eſt in tenebris obliuionis derelictū quē nemo requireret nemo ſaluaret eſtimauerūt me poſuiſſe. ¶ Arbitrati ſūt iudei. quod ¶ Sup me cōfirmatus eſt furor tuus) credētes quod ex ira tua ad paſſionis picula puenissem(et ampliſſimas indignacōes tuas) putant te(induxiſſe ſuper me) cū me ptuleris crucifigi. ¶ Quō aūt amici eius in paſſione ſua ſe habuerūt dicit ¶ Lōge feciſti eos quibꝫ notus erā) ſalicꝫ diſcipulos qui me relicto fugerūt(poſuerūt) iudei(me abominacōnē ſibi) ita ut nomē meū nollēt audire. ¶ Traditus ſū) a proditore diſcipulo et(nō egrediebar) ad vindictā. oſtendēdo potētiā diuinitatis mee(quod oculi mei) id eſt apoſtoli(infirmati ſūt) ita ut petrus negaret et alij fugerēt/ et hoc pre inopia veri luminis et intelligentie ſacrarū ſcripturarū que dicebāt oportere pati criſtū et reſurgere a mortuis. ¶ Clamaui ad te dn̄e) in cruce hely hely et cetera ſic tradidi ſpiritū(operacōes aūt meas expandi) per caritatē(ad te) ad tuā ſemp referēdo volūtatē. ¶ Oſtendit quibꝫ nō proſunt opa ſua dicens. ¶ Nunquid mortuis) corde et obſtinatis in malo(facies mirabilia) certe nō quia credē nolūt(aut medici ſuſcitabūt) mortuos(et illi cō fitebūtur tibi?) confeſſione laudis. certe nō. ¶ Nūquid narrabit aliquis) quamdiu anima ſua mortua peccatis iacet(i ſepulcro) corporis ſui(miſcōiā tuā) qua relaxātur peccata/ certe nō(et veritatē tuā) narrabit(qui inter pditos oputatur?) ¶ Nūquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua) id ē in peccatoribꝫ obſtinatis tenebris ignorātie et errorū obtenebratis/ certe nō. impediēte hoc eorꝫ malicia/ ptermittentes eni deū ſapiētie lumina pdiderūt(et iuſticia tua nō coletur p reprobos hoīes? qui iniqtatū ſuarꝫ merito

obliti ſūt deū) Et ego ad te clamaui) q̄ potēs es mor-
tuos reſuſcitaē(mane oracō mea p̄ueniet te) qꝛ matuti-
na reſurrectōe me clarificabis. Ut quid dn̄e repellis
oracōnē meā/auertis faciē tuam a me?) ut trāſeat calix
iſte. Ego ꝑ tui obediētia a tēpore carnis aſſumpte.
Paup ſū et in laboribꝰ a iuuentute mea/exaltatus)
in cruce(hūiliatus) in ſepulcro(et cōturbatus) in mor-
te. In me tranſierūt afflictōnes tue) quas tua volun-
tate nō mea culpa patior/trāſierūt dico nō preſtiterunt
(et terrores indignacōis tue) ɔtra hūanū genus(ɔtur-
bauerunt) infirmitatē carnis mee qm̄ ex obediētia tua
languores eoꝝ ego tuli et labores eoꝝ ego portaui.
Circūdederūt me) iudei mundāna grauū pſecucō-
nū(circūdederūt me ſimul) pharisei cū ſacerdotibꝰ pi-
latus cū principibꝰ et populis.
Elongaſti a me amicū) cetū aploꝝ(et pximū) q̄ mi-
chi aliquā faceret miſericordiā(et notos meos a miſe-
ria) mea ita ut nullus auxiliū ferre michi poſſet.

Pſalmus.lxxxviij. in quo monet ut ſpem
nō in nobis ſed in deo ponamus.

Propheta.

Miſericordias dn̄i in eternū

cātabo) eas.ſ.quibꝰ hoīeꝫ peccato mortuū viſitaē digna
tus eſt ꝑ filiū ſuū. Propha miſericordias dn̄i cātabo
de reparacōe hūani generis q̄ eterna ſtabilitate ɔſiſtūt
et ꝑpetuis ſūt celebrāde preconijs. Fecit enī mirabilē ī hu
mano genere pietatē ut qd̄ pierat requireret et vulne-
rata ſanaret. In generacōe) iudeoꝝ(et ī generacōe)
gentiū(annūciabo cōplecōnē promiſſionū ſuaꝝ in ore

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf